

D. HIPPOLYTI
RIMINALDI
FERRARIENSIS
I. C. CLARISSIMI.

COMMENTARIA ELEGANTISSIMA IN SEX
SUBSEQUENTES TITVLOS CODICIS:

Qui admitti ad bonorum possessionem possunt, & intra quod
tempus.

Quando non petentium partes petentibus accrescant.

De bonorum possessione contra Tabulas, quam Prætor liberis
pollicetur.

Vnde liberi. De Collationibus.

De Impuberum, & alijs substitutionibus.

ADIECTA SVNT SVMMARIA, INDEXQVE VER-
BORVM, RERVM, LEGVMQVE PASSIM EXPLI-
CATARVM LOCVPLETISSIMYS.



COLONIAE AGRIPPINAE,
APVD IOANNEM GYMNICVM
SVB MONOCEROTE

ANNO M. D. LXXXV.

COLL. SOC. IESV SALM. EX DONO REGVM.

ILLVSTRISSIMO AT- QVE INVICTISSIMO FERRA-

RIENSIVM DVCI, ET SAPIENTISSIMO,

optimoq; Principi Herculi Secundo Atestino,

Hippolytus Riminaldus S. P. D.



Vperioribus annis in tres Institutionū titulos Cō-
mētarios meos nomini tuo dicavi, ut magnā meam
in te reuerentiam, & animi propensionem eo mune-
re (quale quale esset) testatam facerem: tuiq; nomi-
nis patrocinium tantum fuit, ut nullos rabidorum
morsus, aut insectationem mihi obfuisse senserim.
Accidit igitur ut cum ex tua sola auctoritate id com-
modi tunc fuerim consequutus, ingens stimulus po-
stea mihi additus sit, quo mearum interpretationum, in secundam Codicis
partem, editionem maturare compulsus sum, & Herculeum nominis tui
clypeum, imò uerò te Herculem, deumq; meum inuocare. Celebrant Ar-
chontas Athenienses, Lacedæmonesq; Ephoros laudent, atq; alij Dicastas
suos, uel aurā Principū foris requirāt. Ego nullo in loco arbitratus sum quā-
tulascunq; lucubrationes meas tutius posse collocare, q̄ si tuo nomini, atq;
auctoritati eas consecrauerim, quæ mihi, meisq; omnibus sancta, æternaq;
semper fuit. Accipe ergo læto animo istos meos labores Princeps eminen-
tissime, quasi contracti apud te eris alieni exiguam dissolutionem, & sicuti
creditores etiam duri æquabiliter accipere solent quicquid à paupere de-
bitore illis offertur. Tu ita multo magis (quæ tua est humanitas) æquo (ut
spero) animo feres ingenij mei monumenta, qualiacunq; sint, tibi me ad-
scripsisse, quibus hoc tantum rogo ut in seruorum, clientumq; tuorum or-
dinem me conijcias. Quod de te, ob singularem, & omnibus perspectam
clementiam tuam, confido impetratū facillimum fore. Vale, ac feliciter
quàm diutissime uiue.

Idem eidem.

Arguat hoc paruo me nullus munere Princeps,
Nam, quod habet præstans, dat fati ille tibi.

α ζ D. HIPPO.

Index.

<p><i>Contrarium uero Glosse & nonnulli tenuerunt, ibidem num.</i> 122. 405</p> <p><i>Sed auctor priorem partem defendit, ibid. n. 126. 405</i></p> <p><i>Nec sibi placet in hac re Cognoli resolutio, ibidem num. 133. 406</i></p> <p><i>Sicut nec alia Comensis & Roma. ibidem num. 134. & 136. 407</i></p> <p><i>Quam quoque taxat Alciat. & male, ibid. nu. 135. 406</i></p> <p><i>Sed & aliam posuit Alex. ibid. nu. 137. 407</i></p> <p><i>Cui cōsensit Alciatus credens dēssentire, ib. n. 138. 407</i></p> <p><i>Quem tamen etiā reprehendit Auctor, ib. n. 139. 407</i></p> <p><i>uimere non presumitur hodie, qui aliā probatur uixisse, ibid. num.</i> 120. 404</p> <p><i>Vltima uoluntates in suspenso stare non possunt, in l. j. nu. 176. C. Qui admitt. 74. & in l. Precibus, num. 169. C. De impub. & ali. subst. 472</i></p> <p><i>Quo ad ualiditatem secus quo ad executionem, in d. l. j. num.</i> 172. 74</p> <p><i>Vni datum alteri censetur ademptam, in l. j. C. Qui admitt. num.</i> 190. 76</p> <p><i>Volenti nō fit iniuria, in l. Posth. nu. 447. C. De bon. poss. cont. tab.</i> 255</p> <p><i>Voluntas sufficit pro ratione in ijs que sunt positae iuris in rub. C. Qui admitt. nu.</i> 172. 21</p> <p><i>uoluntas patris & filij, quando dicatur concurrere, uel non, in l. j. no. 268. C. Qui admitt.</i> 84</p> <p><i>uoluntas defuncti non debet diuidi, in l. Unica, num. 62. C. Quando non peten. par.</i> 152</p> <p><i>uoluntas testatoris plenius interpretanda, in l. Posth. n. 71. C. De bon. poss. cont. tab.</i> 202</p> <p><i>uoluntas testatoris finitur morte, in l. Precibus, nu. 153. C. De impub. & ali. subst.</i> 470</p> <p><i>uoluntas tacita testatoris ita seruanda sicut expressa, ibid. num.</i> 201. 477</p> <p><i>uoluntas testatoris ex cōiecturis probatur, ib. n. 234. 483</i></p> <p><i>uoluntas patris attenditur in pupillari, ibi. nu. 625. 549</i></p> <p><i>uoluntatis appellatione de expressa intelligitur, in l. j. num. 271. C. Qui admitt.</i> 79</p> <p><i>uoluntatis noua declaratio, quando requiratur in recondita lescencia testamenti, in l. Posthumo, nu. 298. C. De bon. poss. cont. tab.</i> 233</p> <p><i>uoluntatis cessatio non inducit repudiationem, in l. Qui se patris, nu. 193. C. Unde lib.</i> 334</p> <p><i>Volunt principaliter tendit ad consequendum quod optatur, in l. j. nu. 128. C. Qui admitt.</i> 69</p> <p><i>Dicitur quoque uoluntas & desiderium, ibid. nu. 129. 70</i></p> <p><i>uolunt requirit rem pro eius implemento, ibid. nu. 132. 70</i></p> <p><i>uolunt in sufficit deliberatio in mente retenta, ibi. n. 111. 68</i></p>	<p><i>Et intentio dirigitur ad eum, ibi. nu.</i> 112. 68</p> <p><i>uoto in foro cōtentioso quis obstringi, quando possit in pulchro casu, ibid. nu.</i> 115. 68</p> <p><i>uoto filius obligatur remoto patris praeiudicio, & quid de iure fforum, ibid. nu.</i> 130. & 131. 70</p> <p><i>Usura usurarū non debetur, in l. Emancipata, n. 51. C. Qui admitt.</i> 125</p> <p><i>Nec usura poenae cōmisse, ibid. nu.</i> 52. & 52. 125</p> <p><i>Ususfructus est ius utile, in l. j. num. 409. C. Qui admitt. 99</i></p> <p><i>ususfructus ad proprietatem solet redire, ibi. nu. 474. 106</i></p> <p><i>ususfructus in rebus quae consumuntur, per cautionem constituitur, in l. Emancipata, ibi. nu.</i> 258. 424</p> <p><i>utiles rei uendicatio bonorū possessori competit, in l. Emancipata, n. 19. C. Qui admitt.</i> 121</p> <p><i>Vulgaris tacita non tollit suitatem, expressa sic, in l. j. num. 230. C. Qui admitt.</i> 80</p> <p><i>vulgaris substitutio non extenditur in fauorē extranei contra personam, cui successio debetur, in l. Precibus, n. 21. C. De impub. & ali. subst.</i> 458</p> <p><i>vulgaris substitutio trahitur de casu impotentiae ad casum uoluntatis, ibid. nu.</i> 228. 482</p> <p><i>vulgaris expressa locum habet moriente filio uiuo patre, ibid. num.</i> 262. 487</p> <p><i>vulgaris cōtenta sub pupillari facta si filius in pupillari etate deceat, dicitur expressa uerbis generalibus secundū communem, ibid. nu. 272. & nu.</i> 273. 489</p> <p><i>Auctor uero communem sequitur, ibid. nu. 276. 490</i></p> <p><i>vulgaris expressa tollit suitatem, ibid. nu.</i> 274. 489</p> <p><i>vulgaris & pupillaris expressa simul stare possunt, ibi. nu. 277. 490</i></p> <p><i>vulgaris non continet fidei cōmissariam, ibi. nu. 448. 520</i></p> <p><i>vulgariter substitutus fit haeres testatori, in l. Precibus, num. 174. C. De impub. & ali. subst.</i> 489</p> <p><i>Vxor relicta usufructuaria statim uel filijs debet habere alimenta, & dotem suam quoque repetere potest, alio nō dicto per testatorem in rub. C. Qui admitt. nu. 249. 31. Et in l. Posth. nu. 226. C. De bon. poss. cont. tab.</i> 223</p> <p><i>uel filij moriantur postea, in d. l. Posth. nu.</i> 225. 223</p> <p><i>uxor non obligatur uoto sine consensu uiri, in l. j. nu. 136. C. Qui admitt.</i> 70</p> <p><i>uxor sepe gaudet de morte mariti, in l. Precibus, nu. 226. C. De impub. & ali. subst.</i> 481</p>
--	---

Zozimus Abbas centum nēginti annis uixit, in l. Si emancipati nu. 123. C. De collat. 405

Sed & alij longe plus à Valerio relati, ibidem num. 124. 405

F I N I S.

BASILEAE PER NICOLAVM EPISCOPIVM
IUNIOREM M. D. LX.

HIPPOLYTI RIMINALDI IVRISCONSULTI FER-

RARIENSIS, IVRA CIVILIA DE MANE. ORDINARIE

legentis in almo patriæ suæ Gymnasio, in titulum C. Qui admitti. Commentaria feliciter incipiunt.

Rubrica C. Qui admitti.



VONIAM tractatur hic de successione prætoris per bonorum possessionem, præmittunt Castrensis, Decius, & alij, pluribus personis eam concessam fuisse iure civili destitutis. 1. Quæ tamen sic à prætorè uocant, hæredes ipso iure non sunt, sed hæredum loco constituuntur, & uocantur bonorum possessores. §. Quos autem. inst. De bon. poss. Et hæc est communior opinio nemine discrepante, ut ibi Christoforus Porcius testatur. 2. Contra quam tamen insurgit, quia prætor est uia uox Iuris civilis. l. Nam & ipsum. ff. de iust. & iur. idq; potest corrigere l. Ius autem civile. eod.

Prætor an possit ipso iure hæredem facere.

tit. ergo potest ipso iure hæredem facere. 3. Addo ultra ipsum, quod ex edicto prætoris aliquando bonorum possessio competit ipso iure, ut si nemo petat uel agnouerit bonorum possessionem nomine municipij: habebit enim municipium bonorum possessionem prætoris edicto, ut est text. in l. iij. §. A municipibus. ff. De bon. poss. 4. Per quem tex. dicit Aret. hic, quod illa dicitur propriissimè bonorum possessio edictalis, per quam ipso iure ius bonorum possessionis quaritur. Si Prætor igitur illud potest, pariter & hæredem ipso iure constituere posse debet. §. Et ad §. Quos autem. respondet Christoforus, nouumq; dat intellectum dicens, Quod ipso iure mediante bonorum possessione, non acquiritur hæreditas, non ex defectu potestatis prætoris, sed uoluntatis: quia formam dedit, ut præsentia Iudicis requiratur, l. fin. j. eod. At si uoluisset prætor statuere, quod ipso iure quis hæres efficeretur, absq; alia forma potuisset id utiq; nec hoc negat ille tex. Et hunc intellectum tacito tamen autore ponit etiam Fortunus Garzia Hispanus in l. Iurisgentiis. §. Prætor ait. col. iij. ff. de pact. 5. Sed Decius secunda & tertia lectura dissentit, & hunc intellectum cõsultat ut per eum: cuius prima ratio satis præcedit ob illa uerba tex. [Nam prætor hæredem facere non potest.] Illa enim negatiua præpolita uerbo potest, tollit omnem potestatem ab actu. s. glossa in cap. j. De reg. iur. in vj. Bart. & alios in l. Gallus. in princip. ff. De lib. & posth. Moder. in l. j. in princ. ff. De uerb. obl. merito non est uerum, quod prætor absq; forma prædicta hoc facere potuisset. 7. Secunda uerò ratio Decij periculosa est: nã uidemus in Senatusc. Trebelliano quod est Ius civile. Et potuisset facere fideicommissarium hæredem ipso iure si uoluisset: quia tamen adhibuit ab initio formam, quod hæreditas ipso iure non transiret, sed mediante restitutione factum est, quod etiam post restitutam hæreditatem, illamq; formam seruata, non acquiruntur iura directa, sed utilia tantum. §. Restituta. inst. De fideic. hæred. Et tradit Bart. & Alexand. in l. Ex alle. col. ij. ff. ad Trebel. unde sic in casu nostro posito, quod prætor ut putat Christoforus ipso iure potuisset hæredem facere, quia tamen inuenit illam formam ad eundem Iudicem, factum est, quod post illam formam seruata bon. possessor non acquireret iura directa nec hæres ipso iure fieret. Et ita Christoforus à secunda ratione Dec. defendi potest. 8. Sed ultra tamen Dec. nõ procedit eius intellectus: nam si mens Iustiniani fuisset, quod ad hæreditatem uocati per prætosem hæredes ipso iure non fierent propter illam formam traditam, dixisset quod hæredes ipso iure non sunt: quia necesse habet